

convenire, Oude ec. Perillustris et Rme. Dne. uti Fr. Acceperunt Eminen-
tissimi Patres Sacrorum Rituum Congregationi praepositi ex tuo supplici libello, quem huic reperies fasciculo insertum, in quodam rurali publico Sacello sacras peragi Functiones, nec non sacrosanctum Missae sacrificium cum Paramentis textilis serici violacei coloris, etiamsi Missae colori non respondeant. Quae omnia quum Emi. Patres Rubricarum dispositionibus obstare cognoverint, et ex parte Sacrorum Rituum indemnitati provideri posse considerint, rescribendum censuerunt in Congregatione ordinaria sub infrascripta die coacta ad Vaticanum: „Archiepiscopo provideat omnibus juris remediis etiam nomine Sacrae Congregationis.“ Et Amplitudini Tuae diuturnam ex animo exopto felicitatem. Die 19. Decembris 1829. „Rmo. Archiepiscopo Pisano.“ n. 4653.

VICEN.

Inter postulata a Rmo. Episcopo Vicen. in Visitatione ad Limina transmissa unum extat, quo ipse jure conquireretur de confusione colorum in paramentis sacrosancto Missae Sacrificio, aliisque Ecclesiasticis Functionibus deservientibus, quae etiamsi Sacris Ritibus opposita, in dicta tamen Civitate, et in ceteris Episcopatus Ecclesiis conspicitur. Huic propterea abusu providere, immo de medio tollere volens, humillime supplicavit idem Episcopus pro opportuno remedio. Et Sacrorum Rituum Congregatio in ordinario Coetu ad Vaticanum sub infrascripta die coacto respondendum censuit: „Serventur omnino Rubricae Generales, facta tamen potestate Episcopo indulgenti, ut in Ecclesiis pauperibus permittat illis uti donec consumentur. Die 19. Decembris 1829.“ n. 4655.

10) In Missa de Requ.

Vd.: *Communio in missa de requ.* (decr. n. 5111). *Indulgentia altaris privi.*; (Color. parament.) *Altare privileg.*

Servandum esse decretum Vicarii in Ecclesia *Cathedr.* (Oritanae) ne in posterum celebrentur missae defunctorum nisi cum colore nigro vel saltem violaceo. Quo vero ad alias Ecclesias planetas hujusmodi facere non valentes et proinde qualibet colori uti solitas, audiendum esse eundem Vicarium. n. 2504 die 21. Junii 1670.

Ad dubium: An possit dici missa de Requ. in paramentis violaceis, ut praeberi possit s. Communio cum particulis praeconsecratis? S. C. resp.: Serventur rubricae. n. 4815 ad III. 2 die 22. Sept. 1837.

Ad dubium: 1. An liceat Sacerdotibus uti paramentis nigris et celebrare missam de Requ., ut satisfaciant obligationi, quam susceperunt celebrandi secundum intentionem dantis eleemosynam, quando prorsus ignorant, quaeenam sit illius intentio, pro defunctis necne?

2. An liceat Sacerdotibus uti paramentis nigris et celebrare missam de Requ., ut satisfaciant obligationi, quam susceperunt celebrandi pro vivis?

S. R. C. resp.: Ad 1: Affirmative.

Ad 2; Affirm., quando non diverse praescripserit, qui dedit eleemosynam. Die 29. Novb. 1856.

C. Ep. Alban. Card. Patrizi.

11) In missa de Req. cor. SSmo.

In expositione SSmi. occasione 40 h. occurrente in die Commem., omn. fid. def. possunt dici missae sol. et privatae de Requ. Quaeritur: an adhiberi debeant paramenta coloris violacei vel nigri? S. C. resp.: Arbitrio superioris localis. n. 4477 ad 2 die 16. Sept. 1801.

12) In miss. vot. B. V. M.

Vd.: *Sacerdos caecutiens* (decr. n. 4498.)

Ad dubium: Quo colore utendum est pro missis votiv. B. V. M. in sabbatis in illis Ecclesiis, ubi fit de martyre dupl.? Adhiberi debet color albus. n. 4395 ad 4 die 18. Decb. 1779.

13) In Vesp. cor. SSmo. et in vesp. cum subsequ. processione.

Vd.: *Instructio Clement.* §. XVIII. n. 1—5.

COLOR VELAMINIS CRUCIS.

Vd.: *Cruz* (Velamen.)

COMMEMORATIO.

1) SS. Apostolorum omnium.

(Cf. *Commem.* SS. Apost. Petri et Pauli.)

Per Decretum die 9. Apr. 1802. datum, et in quibusdam Breviariis insertum in Festo SS. Ap. Petri et Pauli fit commemoratio omnium Apostolorum in I. et II. Vesp. ac in Laudibus per proprias Antiphonas, et fit etiam in Missa, Item in quibusdam Missalibus invenitur commemoratio omn. SS. Martyrum in Festo S. Stephani Protomartyris, sed non reperitur haec commemoratio in Breviariis. In novis Missalibus Communio Missae in Festo S. Petri Chrysologi die IV. Dec. differt a Communionem Missae de Communi Doctorum, cui substituitur alia, quae incipit: *Domine quinque talenta.* Convenitne, ut hae nostrae Rubricae ad Dioecesim extendantur?

Et S. eadem C. rescribendum censuit:

„Negative quoad primam partem, nisi constet de speciali concessione: affirmative ad secundam.“

Atque ita rescripsit, ac servari praecipit eadem in Archidioecesi. Die 12. Sept. 1840. N. 4904 ad 1.

SYRACUSAN.

Ex Apost. Literis in forma Brevis usque ab anno 1828 IV. Id Apr. expeditis super reductione Festorum in regno utriusque Siciliae s. m. Pius Papa VII. edixit, ut Officio ac Missae SS. Ap. Petri et Pauli III. Kal. Jul. adderetur commemoratio omn. SS. Apostolorum, et omn. SS. Martyrum. Verum quum interdum hoc SS. Apostolorum Festum occurat ipsa die octavo SSmi. Corp. Ch., Rmus. Syracusan. Antistes S. R. C. enixe rogavit, ut declarare dignaretur, num hujusmodi in occurso enunciata comm. SS. Apostolorum et Martyrum, utpote Festo SS. Ap. Petri et Pauli adnexa, fieri debeat ante comm. diei oct. SSmi. Corp. Chr.? Et S. eadem C. ad Vaticanum hodierna die coadunata in Ord. Coetu, referente subscripto Secretario, respondendum censuit: „Quum nihil praescribatur in enunciato Ap. Brevi, praecedere debet comm. Octavae SSmi. Corp. Ch.“ Atque ita servandum mandavit. n. 5045. Die 23. Maji 1846.

Quum s. m. Pius Papa VI. de anno 1798. XV. Kal. Junii indulserit, ut in Festo SS. Ap. Petri et Pauli III. Kal. Julii adderetur comm. omn. SS. Ap. in Vesperis, Laudibus ac Missa; ac ut comm. omn. SS. Mart. apponeretur in Officio et Missa S. Stephani Protomart. VII. Kal. Jan., in Belgio varia est praxis quoad memoratas Commemorationes; alii siquidem contendunt faciendas esse sub unica, alii sub diversa conclusione, proindeque quaeritur: An in praedictis Festis Oratio pro comm. uniri debeat in Missa Orationi Festivitatibus sub unica conclusione, an potius dicenda sub distincta conclusione?

Et S. eadem C. rescribendum censuit: „Negative ad primam partem; affirmative ad secundam.“

Atque ita rescripsit, definivit, ac

servandum esse mandavit. N. 5049. Die 23. Maji 1846.

Commemoratio Omn. SS. Apost., facienda in Solemnitate ss. ap. Petri et Pauli, non habet locum in die festivitatis vel in dominica, in quam solemnitas transfertur. Item de comm. omn. ss. mart. pro Ecclesiis, in quibus Solemnitas S. Stephani uti Patroni item ad dominicam transfertur n. 4746 ad 14 (2 u. 3) die 23. Mai 1835.

2) SS. App. Petri et Pauli.

Ubi festum s. Petri ad Vincula vel Conversio s. Pauli est *Titulus* Ecclesiae semper per octavam facienda est commemoratio distincta alterius, prout in die Festo. n. 4419 ad 10 die 2. Sept. 1741.

Cf. *Commem. ss. Apost. omnium.*

2) B. V. Mariae.

Vd.: *Suffragia; Commem. octav.* (ordo, decr. n. 4566); *Vesp. dimid.* (decr. n. 4393.)

Ad dubium: an in Basilica s. Mariae Maj. in Officio SS. Nominis Mariae, facienda sit commem. de eadem Octava? S. C. resp.: Nunquam satis laudes et commem. in hon. B. V. M. recitare posse. Et ideo laudabile, ut in *praefata Ecclesia* B. V. M. dicata, praedicta commem. habeatur n. 3060 die 17. Junii 1684.

In festo ss. Nominis B. V. M. non est facienda comm. de octava Nativit. B. V.; nec est in 2. Vesp. Nativitatis cadentis in Sabbato facienda comm. de ss. Nomine B. V. n. 3069 ad 1 et 2 die 23. Sept. 1684; n. 3098 ad 1 die 24. Nov. 1685.

De omittenda hac commemor.; vd.: *Commemoratio* (omittenda); *Transl. festor ejusd. ritus B. V. M.* (decr. n. 5135); *Festum B. V. M. de Mercede* (decr. n. 5135); *Septem dol. B. V. M. in mense Sept.* (Ritus; decr. n. 4682 ad 2. 2do.) *Sept. dol. B. V. M. fer.*

VI. etc. (Commem. decr. n. 2594) *Vesperae integrae* (decr. n. 4393.)

4) B. M. V. de Columna.

Ex apost. concessione 12. Julii 1747 recitatur in Congregatione Canonico-rum regul. s. Augustini Lusitaniae Officium festi commemorationis B. Mariae de Columna in prima dominica mensis Junii non impedita festo altioris ritus. Quaeritur: an impedita prima dominica, secunda possit haberi et reputari tamquam prima non impedita ad dictum Officium recitandum et sic de aliis dominicis usque ad finem mensis? S. C. resp.: Affirmative, quatenus constet de concessione ejusdem Officii. n. 4440 ad 2 die 29. Mai 1790.

5) Crucis.

Vd.: *Commemoratio Patroni.* (Oblig.)

Ad dubium: An, exceptis Officiis de Feria, Commemoratio SSmi. Salvatoris in Laudibus, et Vesperis requiruntur commemorationes communes, vel Suffragia Sanctorum, praemittenda sit commemorationi de Cruce?

S. eadem C. rescribendum censuit: „Negative juxta Rubricas.“

Atque ita S. C. rescribendum, et declarandum censuit. N. 5176. Die 25. Sept. 1852 ad 1.

6) Defunctorum.

Cf. *Fidelium.*

In semiduplicibus, quando contingit plures cantari missas, permitti posse, ut commemoratio pro def. in Missa conventuali fiat. n. 1498 ad 4 die 16. Apr. 1644.

Ad dubium: an occurrente commemoratione Sancti Simplicis in fer. 2. Quadrages., quando dictum est Noct. def., debeat in missa quarto loco dici Oratio: Omnip. semp. Deus, qui vi-

vorum etc. pro commemor. def., et quatenus affirmative, quatenus oratio dicenda sit 5to loco? S. C. resp.: Sufficere 3tiam orationem: *A cunctis.* Quodsi dicatur *4ta Omnipotens etc.*, 5ta erit ad *libitum.* n. 3808 ad 1 die 4. Maji 1709.

7) Diei octavae.

a) Obligatio.

Vd.: *Indulgentia de Portiuncula* (decr. n. 4048); *SS. Innocentes mm.* (commemor.)

b) Series.

Vd.: *Dies octava; Commemor. octavar.*

Quando dies octava (dedicationis) impeditur per festum majoris ritus et in ea occurrat dominica vel concurrat in 1. vel 2. vesp. semid., commemor. diei octavae facienda est ante commemor. dominicae occurrentis et semiduplicis cujuscunque occurrentis. n. 4044 (*alia dubia*) dub. 9 die 5. Mai 1736.

Quaesitum fuit: Dies octavae Sancti proprii cadit in festum immacul. Concept. B. V. M. et dominica. 2. Adv. die 7. Decbr., utrum in 1. vesp. B. V. M. V. primo loco fieri debeat commemor. de dom. Adv. et postea de die octava Sancti proprii? S. R. C. resp.: Occurrente dominica 2. Adv. die 7. Decbr. cum festo B. V. M. immacul. Concept. et die octava Sancti proprii debet fieri prius com. octavae Sancti proprii deinde de dom. juxta dispos. tabellae secundae de concurrentia Dominicae majoris sive I. sive II. cl. cum die octava, ut ibi regula tertia, quemadmodum praecise docet rubr. Brev. rom. *de commemor. num. 11.* Die 10. Jan. 1693. *in una Galliar.*

8) Festi semid. et dupl. min.

Vd.: *Semidupl.* (Commemor.); *Missae vot. priv.* (commem.)

9) Festi simplicis.

Vd.: *Simplex* (commemor.)

10) Festi ad ritum simpl. redacti.

Vd.: *Officium* (transferri etc. decr. n. 4039; 4810.)

11) In Missa.

Vd.: *Oratio; Missa vot. pro non re gravi* (decr. 4474.)

12) In Missa votiva.

Vd.: *Missae vot. pro re gravi* (dies; decr. n. 4361.)

Ad dubium: an dum in choro praeter missam convent. cantatur missa votiva ex fundatione, in hac missa debeat fieri commemor. festi, de quo cantatur missa conventualis? S. C. resp.: Negative. n. 4049 ad 10 die 23. Junii 1736; n. 4056 ad 10 die 16. Febr. 1737.

13) In missa vot. de SSmo.

Vd.: *Instructio Clem. §. XII.* n. 17.

14) S. Josephi.

Vd.: *Desponsatio B. V. M.*

15) Octavarum.

a) Ordo.

Cf. *Commemor. B. V. M.; Commemor. diei Octavae; Commem. Patroni.*

Ad dubium: an occurrente commemoratione octavae Omn. Sanctorum et B. V. M. de Paradiso, debeat poni prius de B. V. M. vel posterius? S. C. resp.: In aequalitate ritus praecedere debere commemorationem B. V. M.; quod si hujus festum, quamvis gaudeat octava, sit tamen 2. cl., praefendam esse commemorationem Omn. SSrum., cujus festum est. 1. cl. n. 4566 ad 5 die 11. Mart. 1820.

Nota Gardell. ad hoc decret.:

Succedit Dubium, quod est de concursu duarum octavarum, videlicet *B. M. V. de Paradiso nuncupatae, et*

omnium Sanctorum: Cuinam ex istis praelatio debetur? quoniam in diebus infra Octavam non impeditis Officium oblinebit? quoniam simplicem commemorationem? Decidendi ratio vel a dignitate simul, et ritu petenda est, vel a ritu dumtaxat. Si duae Octavae concurrant aequalis ritus, cum in diebus infra Octavam non impeditis de utraque fieri nequeat Officium, in praelatione major dignitas attendi debet. Quatenus vero diversus sit ritus et Octava dignioris sit II. cl., altera de minus digno sit I. cl., non amplius dignitas, sed sola qualitas ritus regulam dat praelationi. Ita decretum lego a S. C. Quaesitum fuit in *Curien.* 19. Jan. 1700; de quo fieri deberet Officium, de die infra Octavam, concurrente illa Patroni principalis, cujus Festum gaudebat ritu I. cl., et altera B. M. V. II. cl. ? et S. C. respondit: *Recitandum Officium de Patrono principali cum commemoratione Octavae B. M. V.*, et in una *Ordinis Barnabitarum* in simili concursu Octavae Patroni loci cum Octava Conceptionis B. M. V. sub die 13. Sept. 1710. S. C. sancivit: *Fiat Officium de Octava S. Patroni loci, cum commemoratione Octavae Conceptionis*. Quoniam autem in Dubio reticebatur ritus, quo gaudet *Festum B. M. V. de Paradiso*: ideo S. C. non absolute respondit, sed distinxit casum a casu, ei decernendo praelationem ob dignitatem in aequalitate ritus, juxta Rubricas et Tabellam de concurrentia, secus vero in ritus disparitate, quum praefendum sit etiam in diebus infra Octavam Festum illud, quod potioris est ritus, juxta decreta in similibus edita.

b) Quando?

Cf. *Comm. B. V. M.*; *Missae vot. priv.* (dies; decr. n. 4183); *Dies octava*.

Commem. octavae alicujus festi fieri potest in Officiis ferialibus, Nativitatem

Domini praecedentibus, quibus ex Brevariarii rom. praescripto propriae antiphonae ad Laudes sunt assignatae. n. 16 ad 2 die 11. Junii et 9. Julii 1591.

Tam exteri in Ecclesiis Fratrum quam Fratres in alienis possunt apponere commemor. octavae occurrentis servata rubrica de dupl. oratione habenda in Dominica infra octavam. n. 3586 ad 4 die 11. Jani 1701.

Quando duae octavae simul occurrunt, quarum una sit Patroni principalis sub ritu dupl. I. cl., altera B. V. M. sub ritu dupl. 2. cl. recitandum est Officium de Patrono principali cum commemor. B. V. M. S. R. C. 19. Junii 1700.

16) Omittenda.

Vd.: *Festum ss. cord. Jesu* (commem. SSmi.); *Transl. fest. ejusd. rit. B. V. M.* (decr. 5135); *Annuntiatio B. V. M.* (Vesp.); *Dies octava* (non commemor.); *Commemor. B. V. M.*

In festo ritus dupl. 1. cl. nulla diei infra octavam fit commemoratio. n. 4259 ad 2 die 29. Novb. 1755.

17) Omn. fidel. def.

a) Missa. (Quae?)

Vd.: *Applicatio; Expositio SSmi. 40 hh. in Commem. omn. fid. ; Commem. Om. fid. def. (transf. potest etc.); Officium — (tempus — decr. n. 3127); Expositio pro Defunct. ; Benedictio SS. Sacram. (In Commem. Omn. fid. def.)*

Si in ipsa die Commem. omn. fidel. defunct. obierit nonnullus ultra missam de communi def. celebrandam missam ut in die obitus praesente corpore defuncti. n. 1554 ad 4 die 14. Apr. 1646; Idem decretum n. 3149 die 20. Sept. 1687 cum append.: *Missae autem privatae dicendas esse de communi. — In die Commem. Omn. fid. def., quo omnes missae priv. dicendae sunt de regu., Sacrificia possunt a Celebrantibus applicari ad libi-*

um, vel pro omnib. fid. def. vel pro aliquibus tantum etiam accepta elemosyna. Beneficiatus ad quotid. applicationem obligatus idem facere poterit nullo tamen accepto stipendio. S. C. R. 27. Sept. 1698; 4. Aug. 1663.

Non licere et Archiepiscopus sub poenis interdicti aliisque canonicis re-mediis etiam nomine ejusdem S. C., quatenus opus sit, abusus, in die Commem. omn. fidel. def. *tres Missas* celebrare, eliminare curet. n. 2866 die 26. Nov. 1678; n. 1762 die 11. Jan. 1676.

Cum Lusitani gaudeant Privilegio tres missas celebrandi in die commem. Omn. def., qualemcumque trium a Benedicto XIV. ipsis praescriptarum possunt dicere, licet pro uno tantum applicetur. n. 4414 ad 2 die 20. Sept. 1783.

Ad dubium: an in die commem. omn. fidel. def., in qua quotannis occurrit dies octava dedicationis Collegiatae S. Germani Montis Cassini, sint missae privatae celebrandae de def. vel de octava? S. C. resp.: Missas privatae dicendas esse de defunctis et *cantandas* esse duas missas de octava et de mortuis juxta rubricas. Quando vero dies octavae incidat dominicam, omnes missas esse celebrandas de die octavae, cum Commemoratio Omn. fid. def. transferatur in diem sequentem. n. 3496. die 29. Sept. 1698. *De missa sol. et privat. in die Commem. Omn. fid. def. cor. SSmo. in oratione 40 hh., vd.: Instructio Clem. §. XVII. n. 9—16.*

In Ordine Equitum Christi in regno Lusitaniae et in Ordine Avisiensi nuncupato agitur de Festo S. Malachiae Episcopi et conf. sub ritu dupl. min. die 3. Nov., in hac perpetuo translato a die 2., utpote assignata commemorationi omnium Fidelium defunctorum; sed quando haec ipsa commemoratio transfertur in Feriam II., quae est dies

3 Nov. propter advenientem Dominicam in die 2., potestne anticipari, et reponi Officium S. Malachiae in die propria, quae, ut supra, est dies 2. Nov.? Tunc enim impedimentum, propter quod translatum fuit, adhuc in die 3. Nov. perseverat.

Et S. eadem R. C. rescripsit: „Fieri non posse ad reversionem Officii perpetuo translati, sed in casu, Officium S. Malachiae recitandum esse semper die 2. Nov., et translationem factam contra Decreta S. C. deficientibus limitationis causis, non esse approbandam; Missas tamen in die commemorationis omnium Fidelium defunctorum dicendas de Requiem, licet Officium fiat de S. Malachia sub ritu dupl. min.“ Atque ita in posterum servari mandavit. N. 4530 ad 5. Die 22. Mart. 1817.

Ad dubium: Si prima die post Festum omnium Sanctorum fuerit Dominica, Commemoratio omn. Fid. Def. fit sequenti Feria II. juxta Rubricas Brev. et Missalis Rom., illa autem die in Archidioec. Mechlin. fit de S. Huberto ritu dupl., cujus Festum magno populi concursu celebratur; et non posse absque inconvenientia in aliam diem transferri; Quaeritur: utrum tunc liceat cantare, ubi agitur hoc Festum magna solemnitate, unam Missam de S. Huberto, et alteram de Requie, ut praescribit Rubrica pro Cathedralibus et Collegiatis? et quatenus negative, supplicatur S. R. C. pro hac concessione. S. vero C. rescribendum censuit: „Affirmative.“

Atque ita rescripsit, et servari mandavit. N. 5151 ad 2. Die 7. Sept. 1850.

In die commem. Omn. fid. Def. missae in omnibus altaribus sunt privileg. ex Indulto Clem. XIII. dd. 19. Maii 1761.

Vd.: *Indulg. alt. in die commem. Omn. fid. def.*

b) Missa. (Estne de praecepto?)

ROTHOMAGEN.

Quum professores Seminarii Rothomagensis Sacrorum Rituum Congregationem humillime rogarint, ut declarare dignaretur, utrum Missa die secunda Novembris in Commemoratione Fidelium defunctorum sit de praecepto, et quatenus affirmative, utrum praeceptum istud audiendi Sacrum memoria die sublaturum fuerit per Constitutionem sa. me. Pii Papae VII. pro reductione Festorum; Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum sub signata die coadunata in Ordinariis Comitibus ad relationem infrascripti Secretarii, respondendum censuit: „*Negative ad utrumque.* Die 16. Martii 1833.“ n. 4705.

c) Octava.

Nemini licere facere octavas pro Defunctis, praesertim infra octavam Omnium Sanctorum, sine speciali indulto S. Sedis apost. n. 2421 die 13. Aug. 1667.

Non licere Confraternitatibus vel Ecclesiis quibuscunque non habentibus Indultum speciale celebrandi octavam def. et signanter Confratribus SSmi. Sacramenti et Omn. SS. in Ecclesia s. Mariae super Rotundam extendere octavam Omn. SS. usque ad diem 8. Novb. inclusive. Neque infra eandem octavam posse ibidem haberi Conciones pro animabus Purgatorii neque pro iisdem fieri expositionem SSmi., neque recitare publice Officium def. cum 3 noct., cum funebri apparatu, castro doloris et extraordinaria luminum copia. n. 3372 die 8. Oct. 1695.

d) Officium (Tempus).

Vd.: *Officium Defunctorum.*

Ad dubium: an in die Comm. omn.

fidel. def. fieri possit Officium de dupl. minore occurrente vel translato; et quomodo dicendae sint missae privatae, an de Sancto vel de requ.? S. C. resp.: Quoad Officium: *affirmative*; quoad missas privatas, dicendas de requ. tali die, quocunque decreto in contrarium non obstante. n. 3127 die 5. Oct. 1686.

Officium def. pro 2. die Novb. potest recitari etiam praesente Episcopo ante Completorium diei festi Omn. SS. n. 3477 ad 20 die 5. Julii 1698.

Ad dubium: an Matutinum diei Commem. Om. fid. def. recitari possit in choro in die festivitatis Omn. SS. post Completorium? S. C. resp.: Servandas esse rubricas. n. 3575 ad 3 die 22. Jan. 1701.

Cum Rubrica et decreta praecipiant Matutinum diei commem. Omn. fid. def. recitari debere post Laudes Officii currentis et cum haec ordinatio videatur pro nobis (Ord. Eremit. Camaldul.) nimis onerosa, quippe qui ad duas horas per noctes semper protrahimus Matutinum consuetum cum Laudibus, dubitatur; an Matut. defunct. remitti possit ad summum mane ante Primam immediate vel recitari permittatur in die festiv. Omn. SS. post Completorium? S. C. resp.: Servandum decretum 22. Jan. 1701. Matut. commemor. Omn. fid. def. non potest recitari in choro in die festiv. Omn. SS. post Completor. sed servandae sunt rubricae. n. 4136 ad 5 die 19. Jan. 1743.

In Ecclesia Viterbien., et per totam Dioecesim die 3. Novembris celebratur Officium sub ritu dupl. min. SS. Martyrum Valentini et Hilarii, quorum corpora in Ecclesia Cathedrali asservantur magna populi devotione et concursu, et cum proximum sit, quod eodem die 3. Novembris concurrat commemoratio omnium Fidelium defunctorum translata, occurrente Dominica die praecedenti

secunda die Novembris; Queritur: an sit transferendum Officium praedictum Sanctorum Martyrum Valentini et Hilarii, vel potius commemoratio defunctorum?

Et s. eadem R. C. censuit: Transferendum esse Officium Sanctorum Martyrum, dummodo Festum non sit de praecepto. Et ita declaravit, et servari mandavit. N. 3817. Die 5. Octobris 1709.

Cum Festum S. Pirminii Episcopi Moldensis et Confessoris a Clericis Regularibus S. J. Civitatis Oeniponti Dioecesis Brixiensis die 3. Novembris sub ritu dupl. min. celebretur, cumque eadem die aliquando occurrat commemoratio Fidelium defunctorum, propterea ex parte Clericorum Regularium praedictorum S. R. C. humillime supplicatum fuit declarari: An, occurrente Festo S. Pirminii Episcopi eadem die commemorationis omnium defunctorum, possint ipsi, aut etiam debeant transferre Festum S. Pirminii ad aliam diem non impeditam currentis Octavae, an vero, non obstante Officio commemorationis defunctorum, sit faciendum Officium de S. Pirminio, an saltem Missa solemniter dicti Sancti celebrari possit?

Et S. eadem R. C. respondit: „Transferendum esse Officium S. Pirminii.“ N. 3887. Die 11. Julii 1716.

Privata Officii recitatio def. pro generali illorum commemoratione absolvi licite potest post vespertinas horas festi Om. SS.; in choro autem juxta rubricas adimplenda est mane die 2. Novb., nisi, ut populi commodius et frequentius illi interesse possint, contraria jam faceret consuetudo. n. 4177 die 4. Sept. 1745.

e) Transf. potest festum in hunc diem?

Vd.: *Commemor. Omn. fidel. def. (Off. deor. n. 3127); Translatio festi dupl. in diem commem.*

De festo dupl. min. vel occurrente vel translato fieri potest in die Com-

memor. Omn. fid. def., missas tamen *privatas* dicendas de requiem. In Una Urbis 5. Oct. 1686 et 19. Junii 1700 ad 5, et 5 Mai 1736 ad 11, quae decreta declarant, locum dumtaxat obtinere, si pro repositione festi translati nullus supersit dies usque ad finem anni. n. 4536 ad 10 die 4. Junii 1817.

(Decret. de 5. Oct. 1686 n. 3127 hoc est: In die commemoratione Omn. fid. def. fieri potest Officium de dupl. min. occurrente vel translato; missas privatas vero dicendas esse de requ. tali die, decreto in contrarium non obstante.)

Nota Gard. ad hoc decretum (n. 4536):

Plura occurrunt in hoc dubio notanda. Regula generalis est, quod in die Commemorationis omnium Fidelium defunctorum fieri possit Officium de Festo ritus dupl. min. vel occurrente, vel etiam translato, cum omnibus tamen Missis privatis de Requie. Ita respondit S. R. C. in una Urbis, in Curien. et in Einsiedlen. Et jure id quidem; nam Commemoratio omnium Fidelium Defunctorum proprie non est Officium diei, sed potius quid superadditum Officio diei: quamobrem si aliud non occurrat Festum ritus dupl., ea die fit de Octava omnium Sanctorum. Cur igitur non poterit de dupl. min. vel occurrente vel translato? Ne quis tamen secum repudet S. C. in aliam quandoque abisse sententiam, cum de occurrente fieri posse negaverit, quod dicendum erit potiori jure de translato. Non enim primam repudiavit sententiam, quae firma manet, sed prae oculis habuit casuum diversitates, et peculiare circumstantias, quae concurrebant: ideoque juxta eorumdem casuum et circumstantiarum varietatem, respondens, non declinavit a regula, sed limitationem possuit. Translationem Festi dupl. min. occur-

rentis fieri debere respondit tam in Viterbien. 5. Oct. 1709. quam in Brixinen. 11. Jul. 1716., sed in utroque casu res erat de Festis, quae, etiamsi essent ritus dupl. min., nihilominus magnam habebant extrinsecam solemnitatem. In Viterbien agebatur de Festo SS. *Martyrum Valentini, et Hilarii, quorum corpora in Ecclesia Cathed. asservantur, magna populi devotione et concursu*: tantaque erat Festi celebritas, ut dubitatum fuerit, quod esset de praecepto servandum: merito igitur responsum: *transferendum esse Officium Sanctorum Martyrum* adjecta conditione, dummodo *Festum non sit de praecepto*; nam si fuisset de praecepto, fuisset etiam de eo faciendum, translata ad aliam diem commemoratione Fidelium defunctorum, uti fit quando haec occurrit cum Dominica. In Brixinen. res erat de S. Pirmino Episcopo, cujus Festum transferendum dixit S. C., non quia insignes Reliquiae asservabantur in Ecclesia S. J. Oeniponti, ut putat Meratus ad Gavantum part. 1. tit. 5. num. 10., et in Indiculo Decretorum num. 631., sed potius ob extrinsecum apparatus, populique frequentiam de qua Pittonius in Opusc., de Commemorat. omn. Fid. def. §. 2. num. 12. ubi ait: *Ego enim, qui semel, atque iterum fui Oeniponti, rationem translationis esse puto, quia S. Pirminius est in magna veneratione apud populum illum, et in ejus Festo, ut ibi audivi, est copiosus concursus, et adornatur Ecclesia pulcherrimo apparatu*. Ad quid erga pompa cum luctu, ad quid luctus cum pompis? Sed et aliud Decretum est, quod pariter adversari regulae generali specietenus videtur. Petebat editor Calendarii Ord. Min. Observ. Reformat. S. Francisci: *An, quando habentur tria Officia translata, unum classicum, alterum dupl. maj. et tertium dupl. min., quodnam ex his*

reponi debeat in die Commemorat. omn. def.; vel potius faciendum sit de Octava omn. Sanctorum? Cui S. C. sub die 27. Mart. 1779. absolute respondit: *nulum ex translatis esse admittendum*. Hujusmodi responso nonnulli innixi putant S. C., prima repudiata sententia, in aliam longe diversam abiisse, et ejusdem Decreti, utpote posterioris dispositionem omnino esse servandam, etiam in occurrentia, vel translatione Festi ritus dupl. min. Sed oppido falluntur, qui ita opinantur; etenim firma manente regula, de qua in superioribus Decretis, non secus proposito dubio erat respondendum. Siquidem provisum fuerat occurrentiae, vel translationi Festi dumtaxat ritus dupl. min. per annum, et ad hunc solummodo casum coarctatur facultas, quin extendi debeat, aut possit ad solemniora; quamobrem excipiuntur etiam dupl. minora, si fiant cum extrinseco apparatu, Populique frequentia, ut palam fit ex laudatis Decretis in Viterbien. et Brixinen. Enimvero, occurrente translatione plurium duplicium, cum servandus sit ordo a Rubricis praescriptus, et in repositione maj. ritus habenda ratio; cumque non deceat cum Missis de Requite Festum peragere ritus dupl. maj. aut I. et II. cl., quae, ut plurimum, etiam extrinsecam habent celebritatem; neque iis anteferri liceat in repositione Festum ritus inferioris, secus ac jubent Rubricae; ideo in hoc casu particulari, similique translatorum concursu, maturo consilio S. C. respondit: *Nullum ex translatis esse admittendum*. Videlicet non classicum, nec dupl. maj., quia regula coarctatur ad Festa dumtaxat ritus dupl. min., quae fiunt sine extrinseca solemnitate; non alterum dupl. min., quia non licet ordinem Rubricarum invertere, et in repositione Festum ritus inferioris solemniori anteferri. Patet igitur ex posterioribus

hisce Decretis haud derogatum fuisse anterioribus, quibus statutum est de dupl. min., aut occurrente, aut translato fieri posse in die Commemorat. omn. defunctorum, dummodo omnes Missae privatae celebrentur de Requite.

Ad dubium: an quando habentur tria Officia translata, classicum, dupl. maj. et dupl. minus, quodnam ex iis reponi debeat in die Commem. Omn. Fidel. def. vel potius faciendum sit de die octava Omn. SS.? S. C. resp.: *Nullum ex translatis esse admittendum*. n. 4393 ad 7 die 23. Mart. 1779. Vd. *infra decret. n. 4771*.

Ad dubium: an in simplicandis Officiis dupl., quae ad anni terminum reponi nequeunt, servari possit Officium ritus dupl. persolvendum die 2. Novb., in qua occurrit translatio Officii ritus dupl. maj., quod ex decreto ibi locum habere nequit? S. C. resp.: *Negative*. n. 4849 ad 3 die 23. Novb. 1839.

Ad dubium: An die II. Nov. fixe assignari possit, et ut in *sede propria* recitari aliquod Officium ritus dupl.?

Emmi., et Rmmi. P. S. tuendis ritibus praepositi respondendum censuerunt:

„Negative juxta Rubricas et alias Decreta.“

Atque ita rescripserunt, ac servari mandarunt, die 24. Sept. 1842. N. 4947.

Ad dubium: An in die commem. omn. Fid. def. reponi queat apud eosdem Fratres min. translatum dupl. vel adhuc servari debeant ab ipsis Rubricae peculiare, a quibus id expresso prohibetur?

Et Emmi. ac Rmmi. P. S. Ritibus praepositi rescribendum censuerunt:

„Supplicandum esse SSmo.“
Atque ita rescripserunt: Die 16. Sept. 1843.

Super quibus omnibus facta postmodum ab Emmo., et Rmmo. D. Card.

Carolo Maria Pedicini Ep. Portuen. S. Rufinae, et Centumcellarum, S. R. E. Vice-Cancellari, eidemque S. C. Praefecto, SSmo. D. N. Gregorio Papae XVI. fidei relatione; „SS. Rescriptum S. C. confirmavit, dispensando quatenus opus sit hac in parte dispositionis peculiaris Rubricae super expositis Dubiis, obtemperandum esse mandavit a Fratribus trium Ord. S. Francisci novissimis hujus S. C. Decretis.“ Contrariis non obstantibus quibuscumque. N. 4974 ad 2. (Die 30. Oct. 1832.)

Civitatis Castellanae et Hortanae.

Quum Clerus Civitatis Castellanae et Hortanae ad conscientiarum tranquillitatem S. R. C. requisierit: „Utrum servandum sit Decretum ipsius S. C. hisce conceptum terminis editum die 27. Martii 1779. nimirum: In die commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, licet habeantur tria Officia translata et reponenda, unum classicum, alterum duplex majus, tertium dupl. min., nullum ex translatis esse admittendum; vel potius fieri debeat regressus ad aliud Decretum retroactis temporibus antecederet remissum, posse tali die duplicia translata reponi, prout duobus abhinc Annis in Civitatis Castellanae et Hortanae Calendario mos introductus est? S. eadem C. ad Vaticanum subsignata die coadunata, referente infrascripto Secretario rescribendum censuit: „Extra casum a Decreto diei 27. Martii 1779 signatum, posse.“ N. 4771. Die 12. Martii 1836.

f) Translatio.

Abusum esse et non consuetudinem, ut Commem. Omn. fid. def., quando venerit in dominica, celebretur ipsa die et non transferatur in feriam 2. sequentem. n. 281. die 24. Sept. 1605. Quando Commem. Omn. fid. def. in-